

## Confessio

in libro de septem domis spiritus sancti. q̄ fuit quidam scilicet in-  
 stus et honestus valde. qui habens uxorem sterilem. Rogave-  
 runt ambo deum. vt miseretur eorum eis prolem concederet eaz  
 diuino seruitio manciparent. **C**umq̄ exauditi a deo. et filium  
 simul habuissent. et transacta puericia monachum statuissent:  
 ipse quoq̄ sanctissime suo creatori deuote seruiuit. **E**t quia pat̄  
 alium filium non habebat vna cum uxore sua. suas facultates  
 sic distribuebant pauperibus vt iam patres pauperum vocarent̄  
**C**um autem quidam iuuenis seruitor domini. uxorem domi ada-  
 masset. et ipsa inclinata ad peccatum ab eo concepit filium: et  
 conceptum occultauit continuando et augendo largitionem e-  
 lemosinarum dictarum. **T**andem peperit filium ac eundem ex-  
 tinxit propriis manibus et sub lecto proprio sepeliuit. **T**andem  
 moritur maritus eius. **Q**uo mortuo ipsa mulier plus instant: et  
 sine freno libidine incepit vacare. **E**t ideo secundo concepit: et  
 iterum filium peperit. et extinxit propriis suis manibus sicut p̄-  
 mum. **N**ec confitebatur hec peccata alicui. **S**ed in multitudine  
 elemosinarum confisa. sine confessione sperabat saluari. **T**andem  
 mulier infirmatur monitur ad confessionem. **S**ed illa contem-  
 nit. **T**andem mortua est. et finaliter ad infernum portata. **Q**  
**C**uius mortem audiens monachus instanter pro ea incepit ora-  
 re ieiunare celebrare disciplinas accipere. **E**t dum quadam die  
 deuotissime celebraret. vidit matrem suam iuxta se. et duos dra-  
 cones horribiles mamillas et totum corpus cruciantes. **C**um  
 autem filius interrogasset qualiter ei esset. Respondit flens et  
 eulans q̄ damnata erat propter verecundiam confitendi. **Q**uia  
 nullum bonum proficit vbi virtus confessionis deficit. **T**unc fi-  
 lius. **Q**uid significant isti dracones. **T**unc mater. **F**etus quos  
 lactare debui propriis manibus extinxi. **E**t ideo sunt mihi dati  
 in penam eternam. **Q**uarto est deo reconciliatiua. **L**egit̄ in lib̄o  
 de septem domis spiritus sancti. q̄ fuit quidam sacerdos deuotus. q̄  
 celebrata missa. retro altare vidit dyabolum scribentem in p̄ga-  
 meno longissimo. **C**umq̄ pergamenū deficeret ei incepit cum de-  
 tibus ampliare modo sutoris. vt maiorem posset reciperet scrip-  
 turam. **A**d quem accedens sacerdos in virtute ihesu xpi dyabo-  
 lo precepit. vt in presencia totius populi diceret quid ibi scrip-  
 set. **R**espondit demon. **H**ic scripsi omnia mendacia et detrac-  
 ones. aspectus impudicos. cogitationes immundas vanitates  
 et omnia peccata populi tui. que hodie in ista ecclesia commise

## Confessio

7<sup>to</sup>  
runt. **H**ec facta in ecclesia deum offendunt. et letificant nos inimicos. **T**unc sacerdos assumpto pergamento. et lectis peccatis populo nunciavit. **C**umque ad monitionem sacerdotis perfecte fuissent contriti et confessi. tota illa scriptura fuit de pergamento deleta. et demon confusionem attendens recessit dolens. **I**tem ad idem. **L**egitur quod sanctus paulus simplex staret in foribus cuiusdam ecclesie. venit unus iuuenis lasciuus ornatus et compositus super cuius humeros stabat dyabolus in figura symee et catti et fimo turpitudine sputis et aliis spurciis implebat eius faciem et eum totum. **A**ngelus autem sequebatur eum a longe confusus tristis et verecundus. **T**andem ingreditur iuuenis ecclesiam et audiuit verbum prophete. lauauim mundi estote etc. **C**um ergo his verbis premeditatus fuisset contritus et confessus egreditur de ecclesia. **V**idit beatus paulus quod bonus angelus alexandando eum tenebat. et cum lintho pulcherrimo tergebat eius oculos faciem et cetera membra. **D**emon vero sequebatur eum a longe verecundus et confusus. **T**unc sanctus vocans iuuenem requisit quid operatus fuisset in ecclesia. et cum sciuisset quod fuerat confessus. narrauit sibi suam visionem. et quomodo fuerat deo reconciliatus. **I**tem ad idem. **L**egitur in libro de sep. do. spiritus sancti. quod quidam clericus in diuersis et maximis peccatis implicatus deo inspirante confessus est. et peccata sua scribens iuxta parisiis ad sanctum victorem. et quia pre nimio dolore non poterat legere suam scripturam confessori suo eam tradidit. ut eam legeret et ipse responderet. sic vel non. **C**onfessione facta confessor deliberationem retinuit de penitencia iniungenda. et vocatis multis cum cartulam aperuisset inuenit totum deletum: et pergamentum ita mundum ac album: ac si nunquam fuisset scriptum: **E**t rediens ad eum plenitudinem remissionis. et habundantiam diuine misericordie nunciavit. **Q**uinto est demonis oditua. **R**e fert cesarius. quod quidam doctor mirabilis fuit parisiis. de ordine fratrum predicatorum. **C**uius nomen est sanctus thomas de aquino. **Q**ui cum infirmaretur et dyabolus transiret subito per cameram eius non valens perfectam sanctitatem eius ferre. **S**anctus thomas vocauit eum. **T**unc totus timidus stans in angulo camere clamabat. **D**imitte me lucerna veritatis quia nihil pro nobis: sed contra nos in tua vita aspicio. **C**umque sanctus thomas preceperet ei ut diceret quid plus odiebat in religione christiana: et quid ei plus noceret. **R**espondit. **C**oactus dico. sed merita tua arguunt me. **E**t ideo notifico. quod confessionem plus odio. et nob